



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

99. De adulteriis & fornicatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Hoc caput Regino laudat ex Concilio Mogontiacensi, Burchardus & vetus canonum collector MS. in bibliotheca regia ex Concilio apud Vermerias cap. XCIX. Vtrobique autem amplior habetur quàm apud Reginonem.

De eo cui imputatur homicidium & probari non potest. *Ex eodem.*

Burchard, lib.
6. c. 24.

XCVIII. Ubi manifestari potest quemlibet hominem perpetrasse homicidium, secundum canonicam auctoritatem condignum pœnitentiæ iudicium illi ingeratur. Si autem manifestis indiciis non potest probari eum homicidam esse, nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reservetur. Et tamen indicetur quòd communione ecclesiastica indignus sit, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem & pœnitentiam condignam ab hoc crimine se absolvere certet.

ABHINC DE ADULTERIIS ET
FORNICATIONIBUS.

Ex Concilio Ancyrano.

Concil. An.
cyr. c. 19.
Halitgar. lib.
4. c. 9.
Concil. Vvor-
mac. c. 44.

XCIX. Si cuius uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi secundum pristinos gradus.

De eo qui uxorem habens, concubinam tenet. *Ex Concilio Toletano.*

Concil. Tolet.
1. c. 17.

C. De eo qui uxorem habens, si concubi-